

stolis primo ad corinthios. Si distribue-
 ro in cibos pauperum omnes facultates me-
 as etc. caritatem autem non habuero nichil
 michi prodest sic etiam in proposito. Quarto sic
 contra questum videtur quod indulgentiam da-
 tam per papam cruce signatis morientes cum
 solo proposito transgrediendi non consequantur
 propter quia efficacior est baptismus ad re-
 missionem peccatorum quam indulgentie
 pape. sed propositum baptismi non facit ple-
 nam remissionem sine baptismi susceptione
 igitur nec propositum transgrediendi sine trans-
 greditione. Quinto sic indulgentia per subne-
 cione terre sancte datur sed pro tale propositum
 in nullo subuenitur terre sancte frustraretur
 enim ecclesia sine suo si tale propositum dica-
 tur valere ad indulgentiam. Sexto sic si so-
 lum per crucis assumptionem plena habere
 indulgentia omnium peccatorum ergo qui
 hora prima accepit crucis signum et postea
 hora tertia peccat mortaliter si statim mo-
 reretur non puniretur in inferno nisi pro uno
 peccato quod videtur absurdum recipere in op-
 positum supra. Quod propositum est quia pote-
 rius est bonum quam malum sed malum pro-
 positum sufficit ut cum homo decedens ad in-
 fernum descendat ergo bonum propositum ma-
 gis sufficere debet ut homo cum ipso dece-
 dens statim celum ascendat. In ista questio-
 ne duo erunt articuli. In primo conclusiones
 In secundo dubietates. **Quantum ad pri-
 mum** est prima conclusio ista. Non prodest in-
 dulgentia illi qui est in peccato mortali. pa-
 tet illa conclusio ex sepe dictis et precipue ex
 quatuor rationibus potest hoc ostendi. Pri-
 mo quidem ex parte forme indulgentie datur
 enim indulgentia sub ista forma omnibus ve-
 re contritis et confessis non existente ergo ve-
 ra contritione et confessione indulgentia non
 valebit quia remissio pene presupponit remis-
 sionem culpe. Secundo ostendit hoc ex parte
 conditionis indulgentie planum est enim quod

Questio.

nulli post hanc vitam sit remissio pene nisi
 decesserit cum caritate ergo similiter in hac
 vita nulli potest remitti pena nisi sit in cari-
 tate. Tercio sic ex parte ipsius pene cuius re-
 laxatio et satisfactio ponitur indulgentia. Si-
 cut enim penitentia facta in peccato mortali
 non est satisfactio dimissionis pene cum in-
 dulgentia non sit aliud quam pene remissio
 vel relaxatio. Quarto ostenditur illa con-
 clusio sic ex parte culpe nam cum pena cul-
 pe correspondeat non potest tolli pena nisi
 prius tollatur culpa ex dictis existens ergo
 in peccato mortali sine in culpa per comuni-
 cationem indulgentie non potest expoliari
 pena nisi expoliata culpa. **Secunda con-
 clusio** si aliquis assumpta cruce cum pro-
 positum firmo transgrediendi faciat totum quod
 in se est de implendo propositum si sit contritus
 et confessus de omnibus peccatis mortali-
 bus precedentibus et moritur nullo supradic-
 to post crucis assumptionem mortali pecca-
 to plenam omnium peccatorum consequitur in-
 dulgentiam. patet quia ille complevit votum
 iuris interpretatione eo ipso quod fecit quod po-
 tuit et debuit nec tenere ad plus faciendum
 et precipue si talis fuit intentio indulgentiam
 dantis igitur etc. **Quantum ad secundum**
 articulum est primum dubium. An religiosi
 et alii clerici accipiant indulgentiam datam
 per papam sicut omnes alii. Et arguit pri-
 mo quod non quia indulgentia non valet nisi
 indigentibus. Sed clerici et religiosi propter
 vota emissa scilicet castitatis obedientie et paup-
 tatis. Et propter statum perfectionis in quo sunt
 habent habundantiam meritorum. non ergo
 indigent indulgentia propter habundantiam
 meritorum aliorum. Secundo sic illud non
 debet applicari religiosi quod facit ad destruc-
 tionem regularis observantie quia ipsi voto
 sunt stricti sed dispensatio potissime facit ad
 dissolutionem regularis observantie. Unde
 ex hac de causa omnis dispensatio prohibetur